



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

§. 1. De venialium dolore virtuali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

absolutionem alia peccata manifestat, quæ memoria exciderant: post collatam, inquam, sive immediatè ut dictum est, sive etiam post aliquas horas, sive etiam post diem modo dicto §. *precedenti*.

CAPVT III.

De dolore venialium.

§. I. De venialium dolore virtuali.

Licet ad peccatorum venialium remissionem extra Sacramentum Confessionis non requiratur formalis detestatio, sed sufficiat virtualis; tamen si est subiciis Confessione, communis sententia Theologorum docet detestationem formalem esse adhibendam: id est, non satis esse dolorem implicitum, seu inclusum in aliquo alio actu, sed necessarium esse actum explicitum doloris: quia ex Trid. sess. 14. c. 3. tunc dolor est pars essentialis Sacramenti, quod æquè suis essentialibus constare debet partibus, sive exhibeantur venialia, sive mortalia. Ita Vasquez de pen. q. 91. art. 1. dub. 1. n. 2. Suarez de penit. disp. 1. sect. 3. & disp. 20. sect. 7. Bonac. disp. 5. de pen. q. 5. sect. 1. p. 3. Nihilominus probabile est etiam sufficere dolorem virtualem in Confessione venialium; in Confessione enim mortalium, de qua solum agere videtur Concil. ibid. & c. 1. sequenti quando requiritur dolorem formalem, necessarius omnino est formalis. Quare si quis accedat ad constituenda venialia sine actuali complacentia peccati venialis, cum desiderio recipiendi Sacramentum, ejusque effectum, cum in hoc desiderio sufficiat detestationem virtualem habeat, bene erit depositus. Nam propter Concilium sess. 14. cap. 4. in fine, dicit ad Sacramentum hoc requiri tantquam partem propriam potum penitentis: tunc enim videtur loqui de Confessione in universum, id quod verificatur in Confessione venialium; nam certè voluntas suscipiendi Sacramentum, motus est proprius penitentis.

2. Hanc sententiam Præpositus disp. 2. de contr. dub. 7. n. 7. 3. vocat non improbabilem, citatque pro ea Suarez de penit. disp. 12. sect. 1. n. 9. quamvis alibi sibi contrarium: additque idem Præpositus, quod hanc sententiam alij sequuntur: *juxta quam si quis se dirigit, non peccabit, forte & consequetur Sacramenti effectum*. Hanc eandem sententiam sequitur Rosella, v. Confessio 2. §. 1. & Sylvester v. Confessio p. quæst. 21. qui citat Scot. sed immeritò, ait Delugo de penit. disp. 14. sect. 1. n. 3. & veram esse mihi dixit P. Franciscus Chiros nostræ Societatis Jesus in Theologia morali non parùm versatus: Favet Ledesma, Vega, Almainus, & Bernardus de Ganaco citati ab eodem Delugo, quatenus dicunt, dolorem quidem esse partem, sed integram, non essentiali Sacramenti, atque adeo sine qua tota essentia Sacramenti consistat: quos tamen licet cum opinionibus communi Theologorum apud eundem Delugo reiciamus, nihilominus prædictæ sententiæ favere inficiari non possumus.

3. Petes: in Confessione mortalium possumusne sequi opinionem affirmantem satis esse similem detestationem virtualem inclusam in voluntate suscipiendi hoc Sacramentum, & ejus effectum, sine actuali displicentia peccati? Respondeo Ita docent Petrus à Soto, Sylvester Gabriel, Rosella, alique citati partim à Suarez de penit. disp. 20. sect. 1. partim à Vasq. de pen. q. 91. art. 1. dub. 1. reiectique. Sed Vasq. loco citato sententiam hanc non requirentem in Confessione formalem dolorem, post Trid. appellat erroneam, Suarez loc. cit. temerariam: quæ censuræ solum intelligi debent de Confessione mortalium. Quis igitur velit eam sententiam, cui tanti viri tantam notam incurrunt, prudenter sequi?

Denique quod non sit mortale, sed veniale confessio venialia sine dolore, nec formali, nec virtuali: quia solum esse fructare Sacramentum in re levi, quæ fuit

opinio cuiusdam Theologi recentioris, quod de penit. disp. 54. sect. 9. videtur omnino falsum, quod videtur leve iustitiam addere absolutiōnem. Ita ibi.

§. II. De dolore unius peccati venialis, & non de dolore venialium in genere. **S**atis enim v. g. vel alterum peccatum veniale, si est confessio, quæ eo habeas debitam displicentiam, taceas autem de dolore venialia de quibus nec dolorem habes, nec propius ea declinandi. Ita Layman. l. 5. tr. 6. de penit. cap. 1. Quæ Suarez de penit. disp. 10. sect. 6. Fund. l. 2. Eccl. penit. c. 1. n. 13.

6. Idem dic si hæc venialia, de quibus nec dolorem proponis, non taceas, sed dicas in eadem confessione in qua illud unum, vel alterum cum voto dolorem proteris. Sic Mem ibid Ratio utriusque est, quia malitia venialis cum non consistat in averfione à Deo, divisibilis, unum veniale remittitur sine alio peccato consequenter dispositio ad unius deletionem potest se sine dispositione ad deletionem alterius.

7. Propter eandem rationem, cum quis multum venialia fateatur, de quibus nihil, ne virtualiter, dolere supponeremus: subdit tamen simul prout aliquod mortale, sive alias absolutum, sive ammodo Confessio manifestatum, de quo rite dolet, & licita est Sacramenti susceptio. Sic idem ibid. Quia solutio cadit in mortalis remissionem quæ est conditio remissionis venialium. Non sic si multa, fatentur, de quorum aliquibus doleas, & de uno tamen non, quæ tunc Confessio, nec licita est, nec utilis, quia non potest unum mortale, quod est absolutum, à Deo remitti sine remissione omnium aliorum, sunt similiter averfio.

8. Eodem pacto, si forte quis fateretur venialia mortalia, doleat autem de venialibus, & non de mortalibus; invalidè, & illicitè se gereret: quia venialia dimittitur ei, qui est propter mortale Deiminis ab eodem averfio.

6. Quod dictum est n. 5. & 6. intellige etiam si mo sit de venialibus ejusdem speciei v. g. potest quæbere sufficientem pro Confessione dolorem de mendacio abque dolore de aliis mendaciis, & ad propositum vitandi omne mendacium. Ita Delugo de penit. disp. 14. sect. 8. §. 3. Ratio est: quia potest inveniri inæqualitas in ipsis individualibus peccatis venialibus ratione cuius moveatur quis ad dolorem potius quam alterius? v. g. potius dolebit quis de mendacio deliberato per perfectam advertentiam, vel propter causam, seu sine ulla utilitate, vel cum damno magis proximi, aut latitudinem venialis, & c. quàm de mendacio circumstantiis nequaquam affecto. Sicut etiam videtur detestabitur quis furtum leve unius Julij, non venialium aliud levius unius oboli, & c. Hoc igitur peccati quod offert pro materia delenda à Sacramento Confessionis.

§. III. De dolore venialium quoad frequentiam.

Sufficit etiam ad Confessionem Sacramentalem venialissimè dolor de multitudine, & frequentia eorum, propositumque illam frequentiam, multitudineque vitandi. Ita Delugo de penit. disp. 14. sect. 9. Potest enim dari pro materia Sacramenti aliqua puritas malitia, qualis est multitudine ipsa, frequentia, ita ut clarius loquar, peccata venialia ut frequentia sunt, ita autem ut licet sumpta: v. g. si homo solcat multum excedere comedendo intemperanter intra terminos veniales, satis esset si doleret de illo excessu, illeque confiteretur, etiam si ei deficeret voluntas, & propositum observandi perfectè regulas temperantiae: ita etiam si fateretur: doleretque de frequentia mendaciorum, quamvis careret dolore de vitandis aliquibus, sed hoc solum corrigere vellet vitam suam vitando frequentiam illam. Ratio autem est eadem, quam supra attulimus, quia scilicet hoc jam est habere voluntatem eliminandi peccatum veniale, quæ est sufficiens dispositio.